



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginiensis  
Presbyteri, Opera Qvæ Hactenvs Reperiri Potvervnt  
Omnia**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M. DC. XVII.**

De exhortatione Castitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71872](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71872)



Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, SCRIPTA IN HERESI, ET ADVERSVS ECCLESIAM.

ARGVMENTVM LIBRI DE EXHORTATIONE CASTITATIS, PER IACOBVM PAMELIUM.

EXHORTATVRVS amicū Tertullianus ad Castitatem post vxorem in pace pramissam, incipit à sanctificatione nostra (eam distinguens in virginitatem à natiuitate, secundam virginitatem in matrimonio ex pacto, aut viduitate, & Monogamiam) quam voluntatem Dei dicit Apostolus.

Et prouide videri non tam ex voluntate Dei, quam ex libero hominis arbitrio restaurari nuptias. Et prouide ad liberum arbitrium hominis potius quam ad voluntatem Dei pertinere.

Eandem probat, tum quod ipsas nuptias indulgentiam appeller Apostolus, tum quod ex sua persona dixerit: Melius esse nubere quam vti.

Quoque nos ad exemplum suum velit esse continentes, & felicitem dicat esse eam, que sic perferuerit.

Deinde ex eo quod vnam feminam Adamo prospexerit Deus, vnus Christi & vnus Ecclesie figuram.

Et vero Tempus iam in collecto esse, & in nona Lege paulatim obsolescere illud: Crescite & multiplicamini.

Huc pertinere etiam, quod vnus matrimonii esse oporteat in vtroque Testamento qui adleguntur in ordinem sacerdotalem.

Si vero & licet denuo nubere, non tamen expedire. Optimum enim esse mulierem non tangere.

Denique quibus quotidie omni momento oratio necessaria est, vti que & continentia.

Tam vero repetendum, inquit, apud Deum, pro cuius spiritu postules, pro qua oblatione annuas reddas, offeres itaque pro duabus, & commemorabis illas duas per sacerdotem, circumdatum virginibus & vniuersis.

Nihil etiam facere contra Monogamiam necessitates admittunt.

nuculorum qua aliunde haberi poterunt, multo minus literarum importunitatem potius quam solatium.

Postremo Monogamiam confirmari exemplis tum ethnico-rum, tum earum qua ab Ecclesia ordinari solent, que Deo nubere maluerunt, sequē iam pudoris filias dedicauerunt.

Ceterum hactenus tolerari possent omnia ea, qua verbi ipsi Auctoris in Argumentum retuli (qualia etiam habet Tom. 2. lib. 1. ad Vxor.) verum inter disputandum eo etiam prouerbitur Auctior, vt secundas nuptias omnino damnet, immo vt supri accusare videatur, in quo Montanum secutus, etiam cum illo ab Ecclesia damnari meruit. Quo factum, vt inter scripta in heresi retulerim hunc Librum, maxime quod huc adludat B. August. lib. de heres. quum scribit: Tertullianum factum hereticum secundas nuptias contra doctrinam Apostolicam tamquam supra damnare, maxime quum etiam Nicephor. lib. 4. Hist. Eccles. cap. 34. hunc librum primo loco inter eos recitet, qui contra Ecclesiam scripti sunt, nos ad singulas rationes, quibus suum errorem conatur defendere, Antidotum adpositum Adnot. nostris, & partim inter Paradoxa in Prolegomenis. Vbi etiam de altero paradoxo, quo nuptias ipsas etiam primas à supro videtur non excusare De qua re etiam B. Hieronymum Romæ male audisse adnotauit Rhenanus, vti potest ob librum scriptum De Monogamia ad Geruntiam, seu potius Ageruchiam iuxta ms. codices, in quo vsque adeo hunc & de Monogamia libros Tertullian. imitatur, vt tantum non etiam errores ad verbum transcripserit. Et vero Auctoris germanum eodem titulo hunc esse factum, vel sola illa huius libri clausula conuincit: Memento in orationibus tuis TERTVLLIANI AD HÆC EXHORTANTIS. Atqui Librum hunc, quem ms. viderunt Trithemius & Politianus, primo cum scholis, deinde Adnotationibus edidit Rhenanus, emendatum ad Hirsaugiense ac Paterniense & Gorziense exemplaria, nos iterum ad tria ms. Vaticana exemplaria castigauimus, simul & ex coniecturis aliquot Dn. Latini & Harrisii, nouisque Argumento & Adnotationibus auximus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, DE EXHORTATIONE CASTITATIS, LIBER.

Cap. I. NON dubito, Frater, te post vxorem in pace pramissam ad compositionem animi conuersum, de exitu singularitatis cogitare, & vti que consilium dirigere. Quanquam & huiusmodi cum fide sua conloqui debeat vnusquisque, cuique vires consuleret: tamen quoniam in ista spece, carnis necessitas cogitatum mouet quære-re apud eandem conscientiam quæ fidei resistit, opus est fidei extrinsecus consilium, tanquam aduocatum

aduersus carnis necessitatem. Quæ quidem necessitas circumscribi potest, si voluntas potius Dei, quam indulgentia consideretur. Nemo indulgentiam audendo promeretur, sed voluntati obsequendo; 1 Voluntas Dei est sanctificatio nostra. Vult enim imaginem suam nos etiam similitudinem fieri, vt simus sancti, sicut & ipse sanctus est, inquit. Id bonum, Sanctificationem dico, in species distribuit complures, vt in aliqua earum deprehendatur. Prima species est, 4 Virginitas à natiuitate. 5 Secunda, Virginitas à latuacro aquæ, 6 aut in matri-

Tertulliani Opera.

Kkk

monio

1. Theff. 4.

TERTULLI  
OPERA

A monio purificat ex compaſto. 7 aut in viduitate peſeuerat ex arbitrio. 8 Tertius gradus ſuper eſt Monogamia, quum poſt matrimonium vnum interceptum exinde ſexu renunciat. Prima ſœlicitas prima virginitas eſt, non noſſe à quo poſtea oporabis liberari, in totum. Secundæ virginitatis eſt, contemnere vim quam optime noris. Reliqua ſpecies 9 hætenus nubendi poſt matrimonium morte diſiunctum, præter virtutes etiam modestiæ laus eſt. Modestiæ enim laus eſt, ablatum non deſiderare, & ablatum à Deo Domino, ſine cuius voluntate nec folium de arbore labitur, nec paſſer aſius vnus ad terram cadit. 10 Quam denique modèſta illa vox eſt, Dominus dedit, Dominus abſtulit: vt Domino viſum eſt ita factum eſt? Ideo ſi nuptias ablata reſtauremus, ſine dubio contra voluntatem Dei nitimur, volentes habere rursus quod habere nos noluit. Si enim voluiſſet, non abſtuliffet. Niſi & in hoc voluntatem Dei interpretamur, quaſi rursus vellet in nos, quod iam voluit Deus. 11 Non eſt bonæ & ſolidæ fidei, ſic omnia ad voluntatem Dei referre, & ita adulari ad vnum quæque, dicendo nihil fieri ſine inſſone eius: vt non intelligamus aliquid eſſe in nobis iſſis. Ceterum excuſabitur omne delictum, 12 ſi contineamus, nihil fieri à nobis ſine Dei voluntate. Et ibi deſinito, iſtam deſtructionem totius diſciplinæ etiam iſſius Dei, ſi & quæ non vult de ſua voluntate producit, aut nihil eſt quod Deus non vult. Sed quomodo verat quedam, quibus etiam ſupplicium æternum comminatur? Vtique etiam quæ verat non vult, à quibus & offènditur: ſicut & quæ vult, præcipit, & accipit, 13 & æternitatis mercede diſpungit. Ita que quum vtrūque ex præceptis eius didicerimus, quid velit, & quid nolit, iam nobis eſt voluntas eligèdi alterum, ſicut ſcriptum eſt, 14 Ecce poſui ante te bonum & malum: guſtaſti enim de arbore agnitionis. Et ideo non debemus quod noſtro expoſitum eſt arbitrio, in Dei referre voluntatē quos vult iſſe & velle, qui malum non vult. Ita noſtra eſt voluntas, cum malum volumus aduerſus Dei voluntatem, qui bonum vult. Porro ſi quæris, vnde veniat iſta voluntas qua quid volumus aduerſus Dei voluntatem. Vt dicam, Ex nobis iſſis. Nec temere, ſemini tuo reſpondeas nec eſſe: ſiquidem ille princeps generis & delicti Adam voluit, quod deliquit. Neque enim diabolus voluntatem ei impoſuit in quædi, ſed materiam voluntatis ſubminiftrauit. Ceterum voluntas Dei in obaudientia venerat. Proinde & tu ſi non obaudieris Deo, qui te propoſito præcepto liberæ poteſtatis inſtituit, per voluntatis libertatem volēs deurgis in id quod Deus noluit, Ita te putas à diabolo ſubuerſum, qui eſti vult te velle quod Deus non vult, non tamen facit vt & velis: quia nec tunc inuitos Protoplastos ad voluntatem delicti ſubegit, immo neque inuitos, neque ignorantes quid Deus noller. Vtique enim nolebat fieri, cui admifſo mortem deſtinabat. Ita diaboli opus vnum eſt tæta & quod in te eſt, an velis. At vbi voluiffi, ſequitur vt te ſibi ſubigat, non operatus in te voluntatem, ſed nactus poſſeſſionē voluntatis. Igitur quum ſolum erit in nobis velle in hoc probatur noſtra in Deum mens, an ea velimus que cum voluntate eius ſapiant. [ 15 Alte, impreſſe recogitanda eſſe dico Dei voluntatem, quid etiam in occulto velit. Quæ enim manifeſto, ſcimus omnes, ea que iſſa qualiter in manifeſto ſint, perſpicendum eſt. Nam ſi quædā videntur voluntatem Dei ſapere, dum à Deo permittuntur, non ſtatim omne quod permittitur, ex mera & tota voluntate procedit eius qui permittit. 16 Ex indulgentia eſt, quod cumque permittitur. Quæ eſt ſine voluntate non eſt, quia tamen aliquam habet cauſam in loco cui indulgetur, quaſi de inuita venit voluntate paſſa cauſam ſui, quæ cogit voluntatem. Vide qualis ſit voluntas eius, cuius altera ſit cauſa. Secūda iterum ſpecies conſideranda eſt putæ voluntatis. Vult nos Deus ſibi placita, in quibus non indulgètia operatori patrocinatur, ſed diſciplina dominatur. Si tamen alia, iſta præponit vtiq; quæ magis vult, dubium eſt ea nobis taxanda eſſe, quæ maull, quam ea, quæ minus vult. Quia alia magis vult, proinde habenda ſunt. Nam oſtendendo

quæ magis velit, minorem voluntatem maiore delectit. Quantoque notitia tuæ vtramque propoſuit: tanto deſinit uidet ſe ſectari debere, quod paruit cum magis velle. Ergo ſi ideo declarauit vt ſectetur quod magis vult, ſine dubio niſi ita facis, contra voluntatem eius ſapis, ſapiendo contra potiorem eius voluntatem, magisque offèndis quam promereri, quod vult quidè faciendo, quod maull reſpuendo. Ex parte delinquit, non tamè promereri. Porro & pmereri nolle, delinquere eſt. Secundum itaque matrimonium ſi ex illa Dei voluntate quæ indulgentia cogitur, negabimus meram cui indulgentia eſt cauſa: ſi ea cui potior alia præponitur, contentiæ magis appetendæ didicerimus non potiorem à potiore ſcūdi. Hæc præluxerim, vt iam Apoſtoli voce decurram. In primis autem non videbor irreligious, ſi quid iſſe proſitetur contentiæ magis appetendæ didicerim. Iam animaduertam omnem illam indulgentiam nuptiarum de ſuo, id eſt, de humano ſentia, non de diuino præſcripto induxiſſe. Nam & quum de viduis & innuptis deſinit vt nubant, ſi continere non poſſunt, 17 quia melius eſt nubere quam vti, conuerſus ad aliam ſpeciem, Nuptis autem denuntio, inquit, non ego, ſed Dominus. Ita offèndit, extra rationem perſonæ ſuæ Dominum: & quod ſupra dixerat, id non ex perſona Domini, ſed ex ſua pronuntiale, Melius eſt nubere quam vti. Quæ vox licet ad eos pertineat, 18 qui ſunt innupti, vel vidui, qui tamen nubendi licentiam amplectuntur, vel retrahere, 19 quale bonū, oſtendat quod melius eſt pena, quod non poteſt videri bonum, niſi peſſimo comparatum. videri bonū ſit nubere, quia deterius eſt ardere: Bonum ita eſt, ſi per ſe nomen hoc obtinet, ſine comparatione non dico mali, ſed etiam boni alterius, vt & ſi bono alio comparatur, & ab alio adumbratur, nihilominus remaneat in boni nomine. Ceterum ſi per mali collationem cogitur dici, non tam bonum eſt quam genus mali inferioris, quod à ſuperiore malo obſcuratum ad nomen boni impellitur. Aufer denique dictiōnem comparationis, vt non dicas, Melius eſt nubere quam vti, & quæro, an dicere audeas, Melius eſt nubere, non adiciens quid ſit id quo melius eſt. Ergo quod non melius vtiq; nec bonum, quia abſtuliffi & remouiffi dictiōnem comparationis, quæ dum melius illud facit alio, ita bonum haberi cogit. Melius eſt nubere quam vti, ſi accipiam dum eſt, ac ſi melius vno oculo quam duobus creare. Si tamen à comparatione dicedas, non erit melius vnum oculum non habere, quam & bonum. Nemo igitur capter hoc capitulo deſenſionem, quod proprie ad innuptos & viduos ſpectat, quibus nulla adhuc coniunctio numeratur. Quamquam viderim etiam illis numerandam eſſe permiſſi conditionem. [ 20 Ceterum de ſecundo matrimonio ſcimus tamen Apoſtolum pronuntiale: Solutus es ab vxore, ne quaſeris vxorem. Sed & ſi dixeris, non delinques. Proinde tamen & huius ſermonis ordinem, conſilio ſuo non de diuino præcepto introducit. Multum autem intereſt inter Dei præceptum & conſilium hominis. Præceptum Dei, inquit, non habeo, ſed conſilium do, quaſi miſericordiam conſecutus ſideiſ eſt. 21 Quoniam neque in Euangelio, neque iſſus Pauli Epitoliſ ex præcepto Dei inuentas permiſſam matrimonii ſeparationem. Vnde vnum habendum conſirmatur, quia quod à Domino permiſſum non inuenitur, id agnoſcitur interdicitum. Adde quod & hæc ipla huius conſilii interiectio 22 quaſi in recogitationem exceſſus ſui paſſa, ſtatim ſe reſrenat & reuocat, quum ſubiungit: Perunt tamen huiusmodi, preſſuram carnis habebunt, quum parere ſe eſt dicit: Quum tempus in collecto eſſe adicit, quo oportet etiam habentes matrimonia pro non habentibus agere: 23 quum ſollicitudinem nuptorum committit. Per hæc enim docens cur non expediat nubere, diſſuadet ab eo quod ſupra indulſerat. Et hoc ne primo matrimonio, quando magis ſecundo, 24 Quum nos vero ad exemplum ſuum hortatur, vtiq; oſtendens quid nos velle eſſe, id eſt, continentes, pariter declarat quid nos eſſe nolit. Id quod non vult, nec ſponte nec veritate permittit. Si enim veller, non permiſſis

Matth. 10. Cap. 11.

B

Eccleſ. 15.

Gen. 3.

C

Cap. III.

D

1. Cor. 7.

E  
F  
G  
H  
I  
J  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
U  
V  
W  
X  
Y  
Z

**A** misisset, immo imperasset. 25 Sed ecce rursus, Mulierem defuncto marito dicit nubere posse, si cui velit, *statutum in Domino. At enim felicitior erit, inquit, si se perseverauerit secundum meum consilium. Puto autem, & ego spiritum Dei habeo.* Videmus duo consilia, quo supra nubendi veniam facit, & quo postmodum continentiam nubendi indicit. Cui ergo, inquis, consilio adfentiamur? Inspecte & lege. Quum veniam facit, hominis prudentis consilium allegat. Quum continentiam indicit, Spiritus sancti consilium adfirmat. Sequere admonitionem cui diuinitas patrocinatur. Spiritum quidem Dei etiam fideles habent, sed non omnes fideles Apostoli. Cur ergo quum fidelem dixerit, adicit postea, spiritum se Dei habere, quod nemo dubitat etiam de fidelibus? Idcirco hoc dixit, ut sibi Apostoli fastidium redderet. Proprie enim Apostoli spiritum sanctum habent, qui plene habent in operibus prophetiae efficaciam virtutum atque documentorum linguam, non quasi ex parte, quod ceteri. Ita spiritum sanctum auctoritate ad eandem speciem adire fecit, cui nos magis obsequi volumus: & factum est iam non consilium diuini spiritus, sed pro eius maiestate preceptum. 26 Ad legem semel nubendi dirigam. Ipsa origo humani generis patrocinatur, contentans quid Deus ab initio constituit, in formam posteritatis recensendum. Nam quum hominem figuraret, eius partem necessariam prospexit, vna de colis eius mutatus, vnam illi feminam finxit, quum vique necartifex, nec materia defecisset: plures coltae in Adam, & infatigabiles manus in Deo, sed non plures vxores apud Deum, & ideo homo Dei Adam, & mulier Dei Eua 27 vni inter se nuptiis defuncti sunt. Formam hominis Dei, de originis auctoritate, & primam Dei voluntatem sanxerunt. 28 *Erunt duo, inquit, in vnam carnem:* non tres, neque quatuor. Alioquin iam non vna caro, nec duo in vnam carnem. Tunc erunt si coniunctio & concretio dum in vnitatem semel fiat. Si vero rursus, aut sapius, iam vna esse desit: & erunt iam non duo in vnam carnem, sed vna plane caro in plures. 29 At quum Apostolus in Ecclesiam & Christum interpretatur, erunt duo in vnam carnem, secundum spirituales nuptias Ecclesiae & Christi, vni Christum, & vna eius Ecclesia, agnoscere debemus duplicatam & exaggeratam esse nobis vni matrimonium tam secundum generis fundamentum, quam secundum Christi firmitatem. Vno matrimonio censetur vtrisque, & carnaliter in Adam, & spiritaliter in Christo: Duarum natiuitatum vni est monogamia praecipuum: Vtraque degenerat, qui de monogamia exorbitat. Numerus matrimonii a maledicto viro cepit. Primus Lamech duabus maritatus, tres in vnam carnem effecit. 30 Sed & benedicti, inquit, Patriarchae non modo pluribus vxoribus, verum etiam concubinis coniugia miscuerunt. 31 Ergo propterea nobis quoque licebit in numerum nubere: Sane licebit si qui adhuc typi alicuius futuri sacramenti super sunt, quos nuptiae figurae, 32 aut si etiam nunc locus est vocis illius, *Crescite & multiplicamini*, id est, si nondum alia vox superuenit. Tempus iam in collecto esse, restare vt & qui vxores habent, tanquam non habentes agant. Vtique enim continentiam indicens, & compellens concubium leminarium generis, 33 aboleuit. Crescite illud & multiplicamini. Vt opinor autem vni & eisdem Dei vtraque pronuntiatio & dispositio est, qui tunc quidem in primordio seminem generis emittit in dulcis coniugiorum habentis, donec mundus repletur, donec nouae disciplinae materia proficeret: nunc vero cum extremis temporum cōpressit quod emilerat, & reuocauit quod indulerat, non sine ratione propagationis in primordio, 34 & repastinationis in vltimo. Semper initia laxantur, fines contrahuntur. Propterea sylvam quum insituit, & crescere sinit, vt tempore suo cedat sylvam. Erat vetus dispositio, quae in Evangelio nouo deputatur, in quo & securis ad radicem arboris posita est, Sic & Oculum pro oculo, & dentem pro dente, iam senuit, 35 ex quo iuuenit, *Malum pro malo senuit reddat.* Puto autem etiam humanam constitutio-

nem atq; decretū postea pristinis praevalere. [36 Cur autem de pristinis exemplis non ea potius agnoscamus quae cum posteris communicant disciplina, formā veteritatis ad nouitatem transmittunt? Ecce enim in veterē lege animaduēto castratam licentiam saepius nubendi. 37 Cautum est in Leuitico: *Sacerdotes mei non plus nubent.* Possunt dicere, etiam illud plus esse quod semel non est. Quod non vnam est, numerus est. Denique post vnum incipit numerus. Vnum autem omne quod semel est. Sed vni Christo seruabatur, sicut in ceteris, ita in isto quoq; legis plenitudo. Inde igitur apud nos plenius atque strictius praecribitur, 38 vnius matrimonii esse oportere, quos adlegi liceat in ordinem Sacerdotalem. Vique adeo quosdam meminidi gamas loco deictos. Sed dices: Ergo ceteris licet, quū, quibus non liceat, excipit. Vanitatem, si putauerimus quod sacerdotibus nō liceat, laicis licere. 39 Nonne & laici sacerdotes sumus? Scripsum est, *Regnum quoque nos & sacerdotes, Deo & Patri suo fecit.* Differentiam inter Ordinem & Plebem constituit Ecclesiae auctoritas, & honor per Ordinis confectum sanctificatus a Deo. Vbi Ecclesiastici ordinis est confectus, & offert & tingit sacerdos, qui est tibi solus. 40 Sed & vbi tres, Ecclesia est, licet laici. Vnusquisq; enim de sua fide viuit. *Nec est personarum acceptio apud Deum, quoniam non audientes legis iustificabuntur a Deo, sed factores,* secundum quod & Apostolus dicit, *Igitur si habes ius sacerdotis in teipso, vbi necesse est habere, oportet etiam disciplinam sacerdotis necesse sit habere ius sacerdotis. Digamus tinguis, digamus offers: quanto magis laico dicat, quod ad salutem erit agere pro sacerdote. Quam ipsi sacerdoti dicitur, qui eoa factio communicatur actione sacerdotis. Sed necessitas, in quibus, indullerit. Nulla necessitas excusatur, quae potest non esse necessitas. Denique digamos reprehendi & necessitate administrantes quod non licet. Dicam, omnes nos Deus ita voluit dispositos esse, vt vbiq; sanctiones eius obeundi sit disciplina. Vique adeo nisi laici ea obseruent, per quae presbyteri adlegantur, quomodo erunt presbyteri qui de laicis adlegantur? Ergo praeferte debemus ante laicum iussum a secundo matrimonio retinere, dum presbyter esse non alius potest quam laicus qui semel fuerit maritatus. 41 Liceat nunc de nouo nubere, si & omne quod licet, bonum est. Idem Apostolus exclamabat, *Omnia licent, sed non omnia pro salute.* Quod non prodest, oro te, potest bonum dici? Silicita sunt & quae non pro salute, ergo & quae non bona sunt, licita sunt. Quid autem magis velle debebis, quod ergo bonū est, quia licet, an quod ergo quia prodest? Multum existimo esse inter licentiam & salutem. De bono non vincis, scilicet quia bonum permitti non expectat. Sed ad ius permittitur, vt quod an bonum sit, indubio est, quod potest etiam non permitti, si non habeat aliquam sui causam primam. Quia propter incontinentiam periculum permittitur nubere secundum: quia nisi licentia alicuius non bonae rei subiaceret, non esset in quo probaretur, qui diuinā voluntati, & qui sine potestate obsequatur: quis nostrum vtilitatis presentiam sceleretur, & quis occasionem licentiae amplectetur: quis diuinā voluntati, & quis suae voluptati obsequatur. Licentia plerumque tentatio est disciplinae, quoniam disciplina perturbationem probatur, tentatio per licentiam operatur. Ita fit vt omnia liceant, sed nō omnia expeditam dum tentatur cui permittatur, & vincatur dum in permissione tentatur. 42 Licebat & Apostolis nubere, & vxores circūducere. Licebat & de Euangelis viuere. 43 Sed qui his vsus non est in occasionem, ad exemplum nos suum prouocat, docens in eo esse probationem, in quo licentiae experimentū. 44 Abstinentiae praefruxerit superiorem, ne sensus eius interpretetur. Non illud dicendum erit, 45 secundum matrimonium quasi speciem stupri: Quum enim dicat: *Maritos in hoc sollicitudinem habere quoniam modo sibi placeant: nō vique de moribus* (46 nam vt bonam sollicitudinem non subleuaret sed de cultu, & ornatu, & omni studio formae, ad illecebras mouendas sollicitos iungit vel de*

**E** Cap. VII  
Leuit. 21  
1. Tim. 3  
Apost. 1  
**F** Matt. 18. Rom. 2  
**G** Ca. VIII. 1. Cor. 6  
1. Cor. 7  
**H** 1. Cor. 9  
Cap. IX.  
1. Cor. 7

Tertulliani Opera.



TERTIULLI  
OPERA

A  
Matth. 5.  
B  
1. Cor. 7.  
C  
D  
Leuit. 11.  
1. sal. 7.  
Rom. 8.  
Cap. XI.

forma & cultu placere carnalis concupiscentia ingeniu sit, quae etiam stupri causa est. Ecquid videtur tibi stupri ad hunc esse matrimonium, quoniam ea in illo deprehendo quae stupro competunt. Interim Dominus ipse dicit, 47 Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam iam stuprauit eam in corde suo. Qui autem ad ducendum viderit, minus perfectus quid si etiam duxerit? quod non faceret, nisi ad ducendum concupisceret. Nisi potest duci vxor? quam & si non videris, ad concupieris saltem, quum ipsam ducere coeperis. Multum sane abest maritus ab zelo, non concupiscens. Omnis mulier zelivora est, quando aliena, nec per alium sit marita, nisi per quem & adultera. Legis videtur matrimonii & stupri differentia. Alioquin res & viris & faeminis eadem imponit, est enim & matrimonium & stuprum commixtio carnis. Scilicet certandum cuius concupiscentia nos stupro adaequat. Ergo, inquis, iam & primas, id est, vnas nuptias destruis. Nec immerito: quoniam & ipsae ex eo constant quod est stuprum. Et ideo optimum est homini mulierem non tangere, quia cara est stupri adfinitate. Sed cum haec etiam de primis & vnis nuptiis praetendi ad causam continentiae possint, quando magis secundo matrimonio recusando praetidebuntur? Gratus esto, si femel tibi Deus indulsit nubere. gratus enim eris, si & iterum indulisse tibi nescias. 48 Ceterum vteris indulgentiam, cum nec modestiam vteris. Modestia a modo dicitur. Non tibi sufficit 49 de summo illo in uxora etiam virginitatis gradu in secundum deliquisse nubendo, sed in tertium adhuc deuolueris, & futuris impellipoteres, qui in secunda statione continens non fuisti, quia nec prohibere plures nuptias voluit, qui de secundis proocandis retrahit. Nubamus igitur quotidie, 50 & nubentes ab ultimo die deprehendamus, tanquam Sodoma & Gomorra: quo die adimplebitur Vx illud super praegnantem & lactantem, id est, maritos incontinentiam. De nuptiis enim vteri & vbera infantis. Et quando finis nubendi: Credo post finem subandi, 51 Renuntiant tandem carnalibus fructibus, ut aliquando spiritalia recipiamus. Rapae occasionem est non exoptatissimam, attamen delisti habere cui debitum solueres. O te felicem! amilisti debitorem, simile damnum, quid diximus damnum: lucrum sentientem. Per continentiam enim negotiaberis, magnam substantiam necessitatis parimoniam carnis seruientis adquirens. Recogitemus enim ipsam conscientiam nostram, quam alius alius homo sentiat, cum sua faemina cessat. Si orationem facit ad Dominum, improprie est caelo. Si scripturae incumbit, totus illic est. 52 Si psalmum canit, placet sibi. Ideo Apostolus purificationi oratione commendauit, causatus id quod ad tempus permiserat: semper nobis exercendum esse, quod semper proficit. Si quotidie omnimomento oratio hominibus necessaria, vique & continentia, quae orationi necessaria sit. Oratio de conscientia procedit. Si conscientia erubescit, erubescat oratio. Spiritus ducit orationem ad Deum. Si spiritus reus apud se sit, conscientia erubescit, quomodo audebit orationem ducere ad altare: Sic etenim est prophetica vox veteris Testamenti: Sancti erimus, quia & Deus sanctus. & rursus: 53 Cum sancto sanctificaberis, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris. Dehemus enim ita ingredi in disciplina Domini, ut Deo dignum fructum non secindum carnis esqualentiae concupiscentiam. Ita enim & Apostolus dicit, quod 54 sapere secundum carnem, mors est: secundum spiritum vero sapere, vita aeterna sit in Christo Iesu Domino nostro. Si haec obtusio, etiam quum in vnis nuptiis in nos caro exercetur, spiritum sanctum auertit, quanto magis quum in secundo matrimonio agitur? 55 Duplex enim iste rubor est, quia in secundo matrimonio duae vxores eundem circumstant maritum, vna spiritu, alia carne. Nec enim pristinum poteris odisse, cui etiam clariorem referuas affectionem. Et iam repete apud Deum 56 pro cuius spiritu postules, pro qua oblatione annuas reddas. Stabis ergo ad Deum cum tor vxoribus, quot illas ratione commemoras, & offeres pro duabus, & commemoras illas duas per sacerdotem de monogamia ob

pristinum de virginitate sanctum circumdatum virginitas ac vniuersis: & ascendet sacrificium tuum libera fronte: & inter ceteras voluntates bonae mentis postlabis tibi & vxori castitatem. [57 Scio quibus excusationibus colorem infatigabilem carnis cupiditatem, ex quibus necessitates ad minuculozum defendendum, admittendam familiam, regedos loculos, 58 claus cultodiendas, sacrificium dispenandum, vicium procurandum, curas domesticas. Scilicet solis maritorum domibus bene est. Perierunt caelibum familiae, spadonum, militum, aut peregrinantium sine vxoribus. Non enim & nos milites sumus, eo quidem maioris disciplinae, quo & tantum Imperatoris? Non & nos peregrinantes in isto seculo sumus: cur autem ita dispositus est Christianus, ut sine vxore non possit? Nunc & confortium onerum domesticorum necessarium est. Habe aliquam vxorem spirituale. Adsume de viduis, fide pulchram, paupertate dotatam, aetate signatam. Bonas nuptias fecerit huiusmodi vxor. Haste plures habere Deo gratum est. Sed de posteriori tempore cogitant Christiani, quibus castitudo non est. Haec res Dei seruus desiderabit, qui semetipsum de seculo exheredauit? Vt ergo quis recipit matrimonium, quum de pristino non habeat liberos? Itaque hoc primum diuini vti volunt, ipso Apostolo festinate ad Dominum in persecutionibus, constantissimum in martiris, promptissimum in communicationibus seruus, temperatissimum in acquisitionibus, postremo virtus, morte relinquendis, filius. Forsan Reipublica prope tu agitur, ne diuites deficiat, si soboles non habent: ne leges, ne iura, ne commercia delabantur, 59 ne templa deturquantur, ne modo non sint qui exclamant: Christiani ad bestias. Haec enim audire desiderant, qui filios quocumque. Sufficit ad consilium viduitatis ista praecipua causa, importunitas liberorum. 60 Ad quos iustitios legibus compelluntur homines, 61 quia sapiens quique, namquam libens filios desiderat. Quid ergo facies, si nolis, si vxorem de tua conscientia impleueris, diluolueris es medicamine conceptum? 62 Puto nobis von licere nascentem necare, quam & natum. Sed forte illo tempore praegnantis vxoris remedium a Deo petes. Tanta sollicitudine a Deo petere audebis, quod in te postea recusasti? Opinor, aliqua sterilitas prospicietur, vel etiam anus sepius emixa. Quod a Domino magis euenire potest, si quis presumptione eius pro Dei amulatione prouocaret. Scimus denique quenda ex Patribus cum propter familiam suam, secundo matrimonio sterilem capisset vxorem, tam iterum patrem factum, quam & iterum maritum. [63 Ad haec meam contentionem, frater dilectissime, videmus etiam feculi exempla, quae saepe nobis etiam in testimonio posita sunt, quum quod bonum, & Deo placitum videretur, testimonio oneratur. Monogamia apud ethnicos in summo honore est, & ut & virginibus legitime nubentibus 64 vniuersa pronuba adhibetur, & si auspici initium est. Item in quibusdam. Solennibus & Auspiciis, ut prior sit vniuersa locus. 65 Certe Flaminica non nisi vniuersa est, quae & Flaminis lex est. Nam duo ipsi Pontifici Maximo iterare matrimonia non licet, quod Monogamia gloria est. Quum autem Deus summus tantum, Satanas ad perficiendum prouocatio est nostra, immo sub fusio pigrius sumorum ad continentiam Deo exhibendam, 66 quae diabolo qui antillat, 67 nunc virginitate, nunc viduitate eunt, 68 Nouerae virginis Veite 69 & Iunonis apud Achaiae ganeum, 70 & carocis apud Delphos, & Mineruae, & Dianae, quibus locis. Noueram continentem viros, & quidem Tauri illius Egyptii antillites, 71 Faeminas vero Cereris Aphricanae, cui etiam, sponte abdicato matrimonio adnescit, exinde adempto contractu masculorum, vique ad oscula filiorum. Inuenit diabolus, post luxuria castitatis perditricem, quomodo reus sit Christianus, qui castitatem recusauerit conteratricem. Erunt nobis in testimonio & faeminae quaedam seculares, ob vniuersitatem oblationem famam consequuta vt Dido, quae profuga, in alieno solo, vbi nuptias regis vltro optasse debeuerat, ne tam secundas experiretur malui e cogitatio vniuersa

nubere













A & Presbyteris hoc præcipiens, utique in ceteris relaxarit, non quod horretur ad secunda matrimonia sed quod necessitati carnis indulgeat. SCRIBIT & TERTULLIANVS DE MONOGAMIA LIBRVM hæreticum, quem Apostolo contraire nemo qui Apostolum legerit, ignorabit. *Haud aliter B. Augustin.* Hinc maxime Captaphygarum & Naataniorum hæreseis tumuerit, quas buccis sonantibus, non sapientibus, TERTULLIANVS inflavit, dum secundas nuptias tamquam illicitas maledico defendendit, quas omnino licitas A-

postolus sobria mente concedit. *Que testimonia antideri loco huc adducenda putauimus. Atqui liberum hunc iam olim viderunt MS. Trithemius & Politianus, edidit autem Rhenanus primum cum scholis, deinde & Adnotationibus castigatum excribitur sæpeditis MS. codicibus, deinde ex codice Britannico recognovit Gelenius, nos nunc denique ad tria Vaticana & vnum Anglicum Dn. Doctoris Ioannis Clementis ms. exemplaria, & ex vna atque altera coniecturis Dominorum Latinij & Harrisij iterum castigauimus, nouisque Argumento & Adnotationibus locupletauimus.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI, CARTHAGINIENSIS PRES-  
BYTERI, DE MONOGAMIA LIBER.

B  
Cap. I.



**H**ÆRETICI nuptias auferunt, Psychici ingerunt. Illi nec semel, isti non semel nubunt. Quid agis Lex creatoris? Inter alienos spadones? & aurigas tuos tantumdem quereris de domestico obsequio, quantum de fastidio extraneo, proinde & relædunt qui abutuntur, quemadmodum qui non vntur. Verum neque continentia eiusmodi laudanda, quia hæretica est, neque licentia defendenda, quia Psychica est. Illa blasphemata, ista luxuriata. Illa destruit nuptiarum Deum, ista confundit. Penes nos autem, quos Spirituales merito dici facit agnitio spiritalium charismatum continentia tam religiosa est quam licentia verecunda quandoquidem ambæ cum creatore sunt. Continentia legem nuptiarum honorat, licentia temperat. Illa non cogitur, ista regitur. Illa arbitrium habet hæc modum. Vnum matrimonium nouimus, sicut vnum Deum. Magis honorem refert lex nuptiarum, vbi habet & pudorem. Sed Psychicis non recipientibus spiritum, ea, quæ sunt spiritus, non placent. Ita dum, quæ sunt spiritus, non placent, ea, quæ sunt carnis, placebunt, vt contraria spiritui. *Caro, inquit, aduersus spiritum concupiscit, & spiritus aduersus carnem.* Quid autem concupiscet caro, quam quæ magis carnis sunt? Propter quod & in primordio extranea spiritus facta est. Non inquit, *permanebit spiritus meus in istis hominibus in aeuum, eo quod caro, sint.* Itaque Monogamiam disciplinam in hæresim exprobrant. Nec vlla magis ex causa Paraclerum negare coguntur, quam dū existimant nouam disciplinam institutorem, & quidem durissimam illis, vti iam de hoc primum consilendum sit in generali tractatu, <sup>8</sup> An capiat Paraclerum aliquid tale docuisse, quod aut nouum deputari possit aduersus Catholicam traditionem, aut onerosum aduersus leuem sarcinam Domini? De vtroque autem ipse Dominus pronuntiauit. Dicens enim <sup>10</sup> *Adhuc multa habeo que loquar ad vos, sed nondum potestis portare ea: quum venerit Spiritus sanctus, ille vos ducet in omnem veritatem.* satis vtique præterit ad acturum illum, que & noua existimari possint, vt nunquam retro edita, & aliquanto onerosa, vt idcirco non edita. Ergo inquis, hac argumentatione quiduis nouum & onerosum Paraclero adscribi poterit, & si ab aduersario spiritu fuerit. Non vtique. Aduersarius enim spiritus ex diuersitate prædicationis apparet, primo regulam adulterans fidei: & ita ordinem adulterans disciplina: quia cuius gradus prior est, eius corruptela antecedit, id est, fidei quæ prior est disciplina. Ante quis de Deo hæreticus sit necesse est, & tunc de instituto. Paraclerus autem multa habens edocete, quæ in illum distat Dominus secundum præfinitionem, ipsum primo Christum cõtestabitur, qualem credimus, cum toto ordine Dei creatoris, & ipsum glorificabit, & de ipso commemorabit: & sic de principali regula agnitio, illa multa quæ sunt disciplinarum reuelabit, fidem dicente pro eis integritate prædicationis, licet nouis, quia nunc reuelantur: licet onerosis, quia nec nunc sustinentur, non alterius tamen Christi quam qui habere se dixit, & alia multa, quæ a Paraclero edocerentur,

non minus istis onerosa quam illis a quibus nondum tunc sustinebantur. <sup>11</sup> Sed an onerosa Monogamia, viderit adhuc impudens infirmitas carnis. An autem noua, de hoc interim confiteatur. Illud enim amplius dicimus, etiam si totam & solidam virginitatem siue continentiam Paraclerus hodie determinasset, vt ne vnus quidem nuptiis feruorem carnis desumpare permitteret, sic quoque nihil noui inducere videretur, ipso Dominus spadonibus aperiete regna caelorum, <sup>12</sup> vt & ipso spadone, ad quæ spectans & Apostolus, propterea & ipse castitatis, continentiam maualt. Sed saluo, inquis, iure nubendi, plane saluo, & videbimus quouque nihilominus iam ex ea parte destructo, qua continentiam præfert. *Bonum, inquit, homini mulierem non contingere.* Ergo malum est contingere. <sup>14</sup> Nihil enim bono contrarium nisi malum. Ideoque suspense, vt & qui habeant vxores sic sint, quasi non habeant, quo magis qui non habent, habere non debeant. Reddit etiam causas cur ita suadeat, quod in nupti de Deo cogitant, nupti vero quomodo in matrimonio quis suo placeat. Et postquam contendere, non mere bonum esse, quod permittitur. Quod enim mere bonum est, non permittitur, sed vltro licet. Permissio habet causam, aliquid quando & necessitatis. Denique in hac specie non est voluntas permittere nubere. Aliud enim vult: *olo vos, inquit, omnes sic esse quomodo & ego.* Et quum ostendit melius esse, quid vtique se velle confirmat, quod quod melius esse præmissi? Er ita si aliud quod voluit permitti, non voluntate, sed necessitate permittere, non mere bonum ostendit, quod inuitus indultur. <sup>15</sup> Denique quum dicit: *Melius est nubere quam vri,* quale id bonum intelligendum quod melius est pena? quod non potest videri melius, nisi pessimo comparatum? Bonum illud est, quod per se hoc nomen tenet, sine comparatione non dico mali, sed etiam boni alterius: vt si & alio bono comparatum adumbretur, remaneat nihilominus in boni nomine. Ceterum si per mali collationem cogitur bonum dici, non tam bonum est quam genus mali inferioris, quod ab altiore malo obcuratum ad nomen boni impellitur. Aufer denique conditionem, vt non dicas, *melius est nubere quam vri,* & quæro, an dicere audeas, *melius nubere,* non adiciens, quo melius sit. Fit ergo tam non melius, & dum non melius, nec bonum sub lata conditione, quæ dum melius illud facit alio, ita bonum haberi cogit. Melius est vnum oculum amittere quam duos. Si tamen dices das a comparatione mali vtriusque, non erit melius vnum oculum habere quia nec bonum. Quid nunc, si omnem indulgentiam nubendi de suo, id est, de humano sensu accommodat ex necessitate qua diximus, quia melius sit nubere quam vri? Denique conuersus ad alteram speciem dicendo, *Nuptis autem denantur, non ego, sed Dominus:* ostendit illa quæ supra dixerat, non dominicæ auctoritatis, fuisse, sed humanæ æstimationis. At vbi ad continentiam ressegit animos. *Volo autem vos sic esse omnes. Puto autem, inquit, & ego spiritum Dei habere vt si quid indolleret ex necessitate, id Spiritus sancti auctoritate reuocaret.* <sup>16</sup> Sed & Ioannes mones sic nos incedere debere quemadmodum & Dominus, vtique etiam secundum sanctitatem carnis admonuit incedere, ad eo ma-

Gal. 3.  
Gen. 6.  
Cap. II.

Ioan. 16.

D

TERTULLIANI  
OPERA